Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26978
Copyright: Admont, Benediktinerstift



rapiam. Et ideo cum angelis. In fra actione.
Communicantes et noctem sacratissimam celebrantes qua
beate Marie intemerata uirginitas huic mundo edi
dit saluatorem. Sed et memoriam uenerantes in primis eiusdem
gloriose semper uirginis Marie genitricis eiusdem dei et domini
nostri ihesu xpi. Sed et beatorum apostolorum. Co.
Da nobis quesumus domine deus noster ut qui natiuitatem domini nostri ihesu xpi.
nos frequentare gaudemus dignis conuersationibus ad eius
mereamur pertinere consortium. Qui tecum. In primo mane ad s.
Anastasiam.
Da quesumus omnipotens deus ut qui noua incarnati uerbi tui luce
perfundimur. hoc in nostro resplendeat opere quod per fidem fulget
in mente. Per eundem. Des. Anastasia.
Da quesumus omnipotens deus. ut qui beate Anastasie martiris tue sollemp
nia colimus. eius apud te patrocinia sentiamus. Sec.
Munera nostra quesumus domine natiuitatis hodierne mysteriis aperta
perueniant. ut sicut hodie genitus idem refulsit deus. sic nobis hec terre
na substantia conferat quod diuinum est. Per eundem. Sec.
Accipe quesumus domine munera dignanter oblata et beate Anasta
sie suffragantibus meritis. ad nostre salutis auxilium peruenire
Wetne deus. Quia per incarnati uerbi. In fra act. Ycecede. Per
Communicantes et diem sacratissimum. Co. Huius nos domine sa
cramenti semper nouitas natalis instauret. cuius natiuitas
singularis humanam reppulit uetustatem. Qui tecum. Co.
Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris. eius quesumus semper
interuentione nos refoue cuius sollempnia celebramus. Per
Publica missa. Ad scm Petrum